Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

34

tantes . semper oratione uincentes
Postquam autem italicam transiere tellurem
egregiis apostolorum principis petri sese
dedere presidiis: gratias referentes uiui
fice trinitati . ouium quoque christi pasto
ri: quod de iniuriis terre et ponti per
iculis fuerant liberati. Quo etiam
aliquamdiu commorantes . uitaque ac
religione monachica prepollentes.
dum febris incendio urerentur et eis
iam mors ac si exitium intrepida mi
narentur meritis et precibus sanctorum sani
tati pristine sunt restituti.

His igitur rite dispositis . pro
quibus athleta dei fortissi
mus Willibaldus romam uisi
taturus aduenerat: cum ad subli
mioris ac rigidioris uite fastigium
scandere ~~celitus~~ sedulus anhelaret.
uirtutes quotidie in se uirtutibus cu
mulans . cepit iam peregrinus seculo
iter peregrinari uelle: et ut hierosoli
mam christo fauente ipsum ibidem ado
raturus pergeret mente tractare. Cuius
sancta et pia cogitatio sicut a deo initium
sumpsit . ita per ipsum effectus finem ac
cepit. Cepit itaque ambulare confi
dens diuina protegi ubique uirtute.
et quanto in labore extitit promptior:
tanto in caritate firmior et in fide
fuit constancior. Peragratis igitur
haud absque nimio labore natiuita
tis . educacionis . baptismi . passio
nis . resurrectionis . in celum ascensio
nis dominice . sed et multis aliis locis que
compendii omisimus gratia . cum iter sancte
sanctam ciuitatem hierusalem uidere cona
retur . christum natum et passum in ea cu
piens adorare . beati apostoli mathie ec
clesiam petiit ubique se orationibus
communiuit. Dum subito inter
sacros missarum ~~sollemnia~~ concentus
luminis priuatus est dignitate.
Quod beato uiro non ad iniuriam
superna contulit pietas . uerum ad
solite probationis emolumentum et ad
fidei constantissime donum. Memor
namque abraham patriarcham in filio fu
isse temptatum: et hereditariam bene
dictionem in seculo meruisse. Iob quoque
atque thobiam in carnis temptatione
fore probatos: quia et ipse cum sanctis tem
tari meruit . totis nisibus exulta
uit. Sector denique corpore cecus
non mente loca circuiens: tandem ciui
tatis sancte portas ut optauit intro
iuit. Mirum dictu . quia mira fa
ciens ipse est christus: cuique basilicam
in qua uiuifice crucis uexillum
fuerat inuentum: cecus intraret:
ilico lux olim amissa . tetras dis
cuciens tenebras: micuit in patu
lo . roseumque iubar radios a se igni
comos nitendo dimittens . fulti
pontificis soles impleuit . et densis
noctis horrore fugato . preclari lu
minis diem extendit. Crux itaque
sancta . que ei dudum spacium contulit
uite . ipsa leuamen et medela in recu
peracione extitit lucis. Igitur beatus
uirtutem in se celestem agnoscens.
et qui aut probaret temptari me
ruit . sollicita mente pertractans . uoce
extulit laudis: et christum regnantem

Hactenus adorauit in sanctis.
de origine et labore beatis
simi Willibaldi . prout deus
et dominus omnium contulit legendam in
seculo pauca perscripsimus: nunc qualiter
ad pontificium peruenit dignitatem.